Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2097

Quelle:
Copyright:

ſunt: Oratio. *Deus, qui famulum tuum N. abbatem et ſacerdotem ſanctificaſti vocatione miſericordi et aſſumpſiſti conſumatione felici, ſuſcipe propitius preces noſtras et preſta, ut ſicut ille tecum eſt ſuis meritis, ita a nobis non recedat interceſſione et exemplis. Per Chr. D. N.* Secreta. *Cancede queſumus omnipotens deus, ut anima famuli tui N. abbatis et ſacerdotis per hec ſancta miſteria in tuo conſpectu ſemper clara exiſtat, qui tibi in hoc ſeculo fideliter miniſtrauit. Per Chr. D. N.* Complenda. *Proſit queſumus domine anime famuli tui N. ſacerdotis et abbatis miſericordie tue implorata clementia, ut eius, in quo ſperauit et credidit, eternitatis capiat te miſerante conſortium. Per Chr. D. N.* Poſtrema primis non ſatis conſonant.

DCCCLX.

R. 2099 Codex partim membraneus partim chartaceus Germ. Sec. XIV. Folior. 257. f. per duas columnas luculente ſcriptus et minio diſtinctus Verſio eſt Precum Miſſalium, Epiſtolarum et Evangeliorum a *Dom. I. Adventus* uſque ad *Paſcha* cum adjuncta Expoſitione, ſive Pars Hiemalis vulgo dicti *Plenarii*, quorum varia primis typis edita habemus, ad captum Rudium adornata ab Anonymo, qui Prologo galeato eam contra Adverſarios tuetur, cauſſatos, ejusmodi Verſionibus S. Scripturae et Poſtillis lingua vulgari editis obſtrui luminibus Praeconum divini Verbi. Ita vero orditur: *Meyn anevechter hot ir eygyne gewiſſen dor czu getwungen, das ſie vncz an diſe czeit geſwygen ſint do wider czu reden, das ich di heilegen ewangelio czu douczchen brocht habe. Nu ſint aber ander auf geſtanden, die hot tumpliche hochuart dor czu brocht, das ſi cranke holfe rede er vorczihen vnd ſprechen: was ſulle wir nu predigen, ſint man die heilege ſchrift in ſtoben vnd in houſern vnd in douczher ſproche liſt vnd horet. Denſelben wil ich mit der heilegen ſchrift antworten* &c. Atque id magno ſacrae Paginae uſu egregie praeſtat, oblocutores arrogantiae et invidiae coarguens. Inter alia: *Ovch ſprechen etliche aus hochvart vnd aus neide: ich ſei czu crank an der kunſt czu diſen ſachen, wen ich ſei in hogen ſchulen nicht geweſen. Vnd das iſt wor. — Dach han ich manechen erkant. der in hogen ſchulen geweſen iſt. vnd iſt in der ſelben eynfalt herwider komen. alſo her ovs fur. Es ſei denne. op her habe gelernet ſchirmen* (digladiari) *ader di meiſterliche goldyne zal.* &c. De hac Dialecto difficile eſt arbitrari, niſi quod frequens literarum *a* et *o* permutatio *Moravum* aut *Bohemum* innuere videtur. Subjiciam aliquot ejus technica liturgica: Vigilia Nativitatis, *Criſtes Obund.* Epiphania, *Oberſte Tag.* Dominica Septuageſimae, *Suntag alſo man das allelvia leget*, Dies Cinerum, *Aſchtag.* Dies Veneris in Paraſceve, *Guter Vritag.* Expoſitiones Epiſtolarum et Evangeliorum non raro valde prolixae ſunt, et plurima γλωσσηματα